Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sponso cogitationibus talibus. Sed ecce bellū sup bellū. tribula
tio sup tribulationē. terre motus sup terre motus. fames
sup famē. gens sup gentē. et ñ dū uenit sponsus. Cū ergo
ex pectatur ut ueniat. dormiunt omnes illi qui dicunt
ecce uenit. et dies iudicii hic nos inuenit. Cum dicit dor
mit. ergo obseruet somnū suū. et pseueret incaritate usq;
ad somnū suū. expectantē illū inueniat somnus. Puta enī
quia dormiunt. Nunquid qui dormit ñ aduciet ut resur
gat. Dormierunt ergo omnes. Et de illis prudentibus et de
illis fatuis omnes dormierunt. Ecce media nocte clamor
factus est. Quid ē media nocte. Quando ñ speratur. quando
omnino ñ creditur. Hoc ē posuit pignorantia. aliquis qua
si computat sibi. ecce ab adam tot anni transierunt. et
ecce complent sex milia annorū. et continuo quomodo
quidā tractatores cōputauerunt. continuo ueniet dies iu
dicii. et ueniunt et transeunt cōputationes. et adhuc re
moratur sponsi aduentus. et dormiunt uirgines que ob
uiā ierant. Et ecce dū ñ sperat dū dicit sex milia annoe
expectabant. et ecce transierunt. unde scimus iam quan
do ueniet. Media nocte ueniet. Quid ē media nocte ueniet.
Dū nescis ueniet. Quare dū nescis ueniet. Ipsū dnm audi.
Non ē uīm nosse tempora que pat posuit in sua potestate.
Dies dni ait apls tanquā fur in nocte ita ueniet. Ergo ui
gila in nocte. ne furē patiaris. Nam somnus mortis uelis
nolis ueniet. Sed cū factus fuerit clamor media nocte.
quis ē iste clamor nisi de quo apls dicit in ictu oculi in
nouissima tuba. Canet enī tuba. et mortui resurgent in